



**D. DIONYSII // A RICKEL CARTHVSIANI, // de perfecto  
mundi contemptu, // ut pius ita utilissimus heptalo- // gus**

**Dionysius <der Kartäuser>**

**Coloniae, Nov. 1530**

De intenta consideratione beneficiorum dei.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55472](#)

D. DIONY. CARTH.

Beatus es abbas Arseni, quoniam hanc horam  
Heli, ab. semper præ oculis habuisti. Deniq; abbas Heli-  
as: Ego, inquit, tres res timeo. Vnam, quando  
nima mea egressura est de corpore. Secundam,  
quando occursum sum deo. Tertiā, quando se-  
tentia iudicis proferetur de me. Et nos igit  
dilecte mi, haec tria formidemus, & vilescer-  
bis hic mundus, omnisque decor & concupi-  
tia, ac gloria eius.

De intenta consideratione beneficiorum de-

Art. X I I.

Feria ter-  
tia medi-  
candum,



RIA sunt, ex quibus beneficij ma-  
gnitudo pensatur. Primum est, exel-  
lentia dantis. Secundum, paruitas re-  
cipientis. Quo enim dator est digni-  
or, & recipiens minor: eo in dono seu  
beneficio amplior appareat ex parte

donantis dignatio, atque ex parte recipientis ve-  
hementior exigitur gratitudo. Quemadmodum  
si rex præpotens egeno alicui aliquid praestet. Ter-  
tium autem, ex quo beneficij magnitudo atten-  
ditur, est dignitas doni. Quoniam ergo maius  
fontis atque datoris vniuersorum donorum, in-  
circumscripibilis est, incomparabilis atque im-  
mensa: appareat in beneficij summa, ac ini-  
ma dignatio. Denique quoniam paruitas & fra-  
gilitas, ac insufficiëtia nostra ineffabilis est, mul-  
taque nimis: ex parte nostri summa requiri gra-  
titudo. Qualia ylo sint beneficia dei, solerter in-  
tra

Beneficia eri oportet. Beneficiorum autem dei, quædā sunt  
dei dupli dona naturæ, quedam vero dona gratiæ; et vita  
cia que duplicita sunt, generalia scilicet ac specialia.  
Naturæ, Dona naturæ sunt creatio, gubernatio, & conser-  
vatio. Recordare ergo, quoniam a deo habes esse,

vine

vivere, sentire, mouere, ac intelligere: Et quiquod naturalis perfectionis, pulchritudinis, atque deco  
ris in anima carneque habes: diuinitus tibi im-  
partitum non oblitus caris. Si ingenio polles, si cor  
pore pulcher es, si gratiosus, si prudens, si robustus,  
si eloquens: agnosce te hoc ab autore naturae re-  
cepisse, & ipsi gratus esse fatage. Preterea quis  
diuinitate gratiae dona, & æternæ pietatis benefi-  
cia enumerare sufficiat? Quis ea digne contem-  
plari, ponderare, laudare, ac diligere possit? In-  
ter quæ sumnum atque dignissimum ipsa est in  
carnatio filij dei: in qua ardentissimus eius amor,  
immensa bonitas, inestimabilisque misericordia Baruch. 3  
splendent. Denique quod propter nos in terris in-  
ter homines conuersatus est, atque ab eis multa  
perpessus, ac demum amarissima morte occisus:  
quod nos proprio sanguine ab infernali, æterna-  
que poena redemit: & angelicæ beatitudinis, ac  
perpetuae iucunditatis, hæredes constituit. Quod  
ex aqua & spiritu sancto nos regeneravit, & a  
multis periculis grauiusque peccatis seruavit.

Quod delinquentibus misertus est, & dominus in mor-  
talibus era mus peccatis, non nos subito iuste da-  
mnauit: sed long animiter expectauit. Et insu-  
per ex mundo reduxit, & inter suos ad futurum de-  
putauit obsequium: quum tamen multos inte-  
rim, nobis vel notos, vel propinquos, aut certe  
coztaneos, nobis forte meliores ab hac vita ab  
straxit: & vel in inferno, aut in purgatorio iuste  
proiecit. Specialia vero beneficia dei vnuquis.  
Specialia que in seipso considerare debet: quomodo scilicet dei bene-  
ficii quotidie succurrat & assit, ignoscat & gratificia mi-  
tiam prester: in sacris quoque ordinibus constitu*ditend*  
erit, atque carne sua ac sanguine alet. Pro ijs esto

D. DIONY. CARTH V.

¶ anima grata deo , tantumque benefactorem  
contemplate & dilige: & omne bonum, omnem  
gratiam, omneque meritum ei semper ascribe:  
ne per ingratitudinem donis eius fias indigna:  
quoniam ab eo omnis boni exordium est, con-  
tinatio, atque perfectio. Si humanae beneficentie  
immemorem atque ingratum existere, non so-  
lum inhumanum, sed & plus quam bestiale cen-  
setur. Quum & canis & leo proprium nutritio-  
rem adiutoremque diligunt. Quanto magis diu-  
nis beneficijs: que in seipsis comparabilia sunt at-  
que dignissima, & maximam gratitudinem pro-  
pter dignationem dantis requirunt: ingratum fo-  
re itemque immemorem, iniurissimum, impunis-  
sumque consistit. Nūquam ergo o anima a me-  
moria tua excidat diuinorum contemplatio be-  
neficiorum: sed ex eorum intentissima pondera-  
tione, ad dei tui amorem feruentem te semper el-  
gere incitareque stude. Habenti namque, id est,  
grato, dabitur & abundabit. Ei vero qui nō ha-  
bet, id est, ingrato, & quod videtur habere, auf-  
getur ab eo.

De iusto ac metuendo dei iudicio.

Art. XIII.

Fe. quar-  
ta medi-  
tandum.

Job. 14



IL horribilis cogitari valet, q̄ di-  
strictum ill̄ nouissimum iudicium  
dei. Si enim ipsum non esset inferno  
poenarius, non utique orasset sc̄nus  
propheta, Quis mihi tribuat ut in  
inferno protegas & abscondas me,  
donec pertranseat furor tuus. Ideoq̄ iudicij illius  
Hieronymus qualecumq; praembulum expertus sanctus Hie-  
ronymus, ait, Siue comedo, siue hibo, siue dormio,  
siue vigilo, seu aliud aliquid agero: semper inde